

ut ad veritatis assertionē et pmissiois obseruationē quis utatur fide illius qui per ydola iurat vel per falsos deos. **A**d primū ergo ē dicendū qd Gracianus loquitur de illo qui iurat p creaturas. eas nimis venerādo vel nimis ptempnēdo. Tale em̄ iuramentū per creaturas factū reprobāt. **A**d scdm̄ est dicendū qd testem esse veritatis dubie cōfirmāde p̄p̄tū est dei. Si quis ergo iuraret per creaturas tribuendo eis in se p̄sideratis hoc quod debetur deo peccatū est; ydolatrie. Sed iurare per creaturas ut diuina bonitas est in eis representata. sicut cū iuramus per sanctos. vel ut diuina veritas est in ea inspirata. sicut cū iuramus per euāgelia vel cū creatura nobis dilecta est ipsi deo quasi subpignorata isto modo per creaturam iurare licitū est. **A**d terciū est dicendum qd non utimur iuramēto facto p ydola vel p falsos deos in eorū sanctitatis veneratiōe s; in veritatis assertionē vel pmissiois obseruationem. **A**d quartū ē dicendū qd iuriscōsultus loquit de hoibz qui sūt eiusdē fidei inter quos planū est qd nō valet iuramentum factum per ydola et per falsos deos sed inter homines qui sūt disparis cultus tenet iuramentum qd idem finis est utrorūq; licet forma iurandi sit differens.

Questio. Quinquagesima. de dispensatione terciij precepti.

Nunc cōsiderandū est de dispensatione terciij precepti. Circa quod querunt sex. Primo. Vt p̄ possit dispensare qd dies sabbati seruetur s; m̄ sensū spūale nō literale. Secundo. Vt p̄ possit dispensare qd dies sabbati in diem dñicam sit mutata. Tercio. Vt p̄ possit dispensare qd in die dominica fiant seruilia opera. Quarto. Vt p̄ debeat phibere strictius opa seruilia fieri in die dominico quā fuerunt phibita in die sabbati. Quinto. Vt p̄ possit dispensare qd in die dominica fiat forū rerum emptiois et venditionis. Sexto. Vt papa possit dispensare qd in die dominico p̄mittatur bellum.

Ad primū ergo sic p̄ceditur videtur em̄ qd p̄ nō potest dispensare qd dies sabbati seruetur s; m̄ sensū spūalem a nō literale quia precepta moralia s; m̄ sensū morale nō literale seruāda sūt. Sed sabbati obseruatio inter precepta moralia cōtinetur. ergo in hoc p̄ dispensare nō potest. **L**iteraliter in sabbati obseruatiōe ponit sanctificatio et dedicatio ad cultū dei. S; in hoc nō cadit dispensatio qd dies sabbati diuino cultui nō sit dedicata. **P**̄ sensus spūalis in obseruatiōe sabbati erat quid figurale ceremoniale. Sed omnia figuralia cessauerūt post aduentū xpi. ergo p̄ nō potest dispensare qd sabbatū seruetur s; m̄ sensū spūalem. **I**n cōtrariū est quod dicit Aug⁹. in libro de decem cordis. ubi ait. dicitur tibi ut spūaliter obserues sabbatum nō quomodo iudei obseruabant carnali ocio. **R.** Dicendum qd s; m̄ sensum literalem tria includebantur in obseruatiōe sabbati